



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

20. Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

marum poterit agi coram iudice Ecclesiastico, ita tenet *Gas. Cal. vi. de foro compe. const. 15* idem tenet *Anch. in regula juris*, *Ea qua. qu. 5. idem Fede de Se. const. 245* dicens secularem iudicem posse recognoscere de causa decimarum, ubi est quaestio facti tantum, & non juris ita intelligens *pr. allegat. cap. postulasti. de homic. subdens non esse peccatum tenere*, quod favore Ecclesiarum habeat Ecclesia duos iudices *ar. cap. cum sit. de for. compe.* & sequitur *Ludo. in l. titia 2. col. ff. soluto matrimonio opin. supradicti. Cald. tenet Balb. const. 242.*

ADDE

Quando agitur actione merè personali, puta ex locato ad mercedem vel ad fructus decimarum perceptarum, & non de restitutione rei Ecclesiae, vel Clerici, tunc coram Laico agendum est, veluti si Clericus conveniat Laicum pro fructibus prebende locata, id coram Laico fieri potest. *Cacheranus decis. 32 num. 16. 17 Couvar. in practico cap. 35 numer. 2. vide simile in actione reali supra fallentia. 4. reg. 2. & quid ibi dixerim. Math. theus Boyss Doctor.*

20. Fallentia.

- 24 Vigesimo fallit in habitu Clericali, de quo iudex secularis potest recipere cognitionem, an sit Clericalis vel ne, ita tenet *Guido Papa. qu. 138* & multas ad hoc adduxit rationes, veruntamen moderni tenent contrarium, maximè *Gemi. in cap. unico. de Cle. conjuga. lib. 6. & Zaba. in Cle. 2. de vi. & honest. Cler. & ipsorum opinio Tholosæ servatur.*

Fate-

IN ECCLESIASTICOS. 369

Fatetur tamen Domi. ubi supra, quod si Laicus conueniatur coram iudice seculari super delicto civiliter, & ille dicit se Clericum conjugatum, unde non potest ab illo iudicari. Actor verò dicat, quod non incedit in habitu & tonsura, & reus petit huiusmodi questionem incidentem remitti iudici Ecclesiastico, iudex poterit cognoscere an debeat remittere, quia ista notoriè constant, an habitus sit Clericalis vel ne: ergo non requiritur alia probationis causa, quoniam de si, presbi. per quod patet, quod licet opponatur exceptio coram iudice: de qua cognoscere non potest, sed debet remittere, si tamen est notoriè falsa illam repellet secundum eum.

Adverte insuper, quod Clericus conjugatus propter ejus crimen captus, non est remittendus ad forum Ecclesiasticum, nisi doceat se contraxisse cum unica & virgine, ita tenet *Rota decis. 250 Milus in versio. Clericus §. Clericus conjugatus* de quo per *Gemi. in præalleg. cap. unico penulti. colum.* vide quæ posui supra in hujus tertijæ regulæ fallentia 7. & sequenti.

A D D E.

Nota quod controversia circa Clericatum, an Clericus sit, nec ne, non per iudicem Laicum, sed tantum per Ecclesiasticum dirimenda est, ca. si iudex Laicus de sententia excommun. libr. 6. ubi id constituit Bonifacius octavus. Tradit communem sententiam Covarruvias cap. 33 nume. 1. Iulius Clarus in crim. §. fin. q. 36 numer. 21 Sed prædicta decisio Bonifac. in Gallia non est recepta. ut testatur Guido Papæ qu. 138 num. 5.

Gab.

370 DE POTESTAT. SECUL.

Gallus *quæst.* 38 *Quem usum Gallia juri contrarium esse ostendit Couvarruvias dict. cap. 33 pract. quæst.* Ignatius Lopes in *pract. crim.* 62 numer. 14 Adde *decisionem 3. Rota, in novis tit. de sententia excommunicata. ubi judex Laicus cognoscit, an Clericus conjugatus per ipsum detentus, contraxerit cum unica & virgine, & habitum tulerit Clericalem, priusquam remittatur. Matthæus Boys Doctor.*

21 Fallentia.

Vigesimo primo fallit in causa jurispatronatus, quando est *quæstio facti & non juris.* Quo casu *judex secularis poterit cognoscere etiam si agatur actione personali, ut quia tu promifisti mihi donare tale jus, & tu negas, ita tenet Ant. in cap. quinto de judic. pro quo solent adduci not. per Barto. in l. titia. ff. soluto matrimonio. & clarius in l. omni novatione. C. de sacrosanct. Eccle. & in l. quotiens. C. de judic. & in l. 2. ff. de jurisd. om. judi. & Fede. de senis. consilio 192 incipiente. Facta est lex. & consilio 367 incipiente. Domino Andrea. Ioan. And. & Antho. in cap. tuam. de ordi. cogni. & in cap. cum sit generale. de foro competen. ubi dicunt, quod quæstione spiritali consistente in jure, puta, an matrimonium fuerit legitimum, vel non, judex secularis cognoscere non potest. Sed de spiritali consistente in facto potest, puta, an fuerit desponsata vel non. An talis fuerit filius vel non, pro quo facit *cap. significavit. de testibus Zab.* ex illo textu juncta superscriptione notat quod *judex Laicus potest cognoscere de causa quæ est inter beneficia-**